 giditate oris stomachi dominante ⁊ ex
 stete cū h̄iore. frigiditas igitē intē sa al-
 sumpra cibaria vi ex p̄sionis trudit ad

Liber Septimus

inferiora. et sic stomachus inanis rōe vacui tatis appetit. stomachus autem ex multis causis infrigidatur sicut ex nimis frigida dieta et humoribus. dicit Galenus quod cholera nascitur ex nimio calore membrorum quorum vena trahunt ab epate. epate vero per mezeraiacas venas extrahit a stomacho quo subito inanitur stomachus et sequitur appetitus quasi caninus et imoderatus. dicitur etiam per intentionem urine. et quod cito aduenit nec tamen per eam virtus deficit. istis conuenit frigida mediana et grossa dieta. Cholera autem et hec sunt signa scilicet quod homo plus rebito appetit et plus solito comedit. et tamen ex assumpcionis nihil corpori addit. sed attenuatur potius et marcescit. adest frequenter fluxus ventris. Accidit autem appetitus immutari ut appetat quis nociua. ut carbones terrarum et sal et huiusmodi. Et haec fieri ex humore melancolico vel colerico inficiente os stomachi. et quasi quandam lanuginem inducente. Unde stomachus in defectu ratione conformitatis appetit talia ut in pregnantibus patet in emorruoriarum et menstruorum retentione patientibus in quibus fumus ab immundo sanguine resolutus inficit nervos sensibiles stomachi. et immutat appetitum. Contra cholera ergo tentur calida stomachum confortantia. tentur etiam cibaria vinctuosa et multa pinguedine additave vinctuositas os stomachi innatas fastidium generet et inducat. et si humor frigidus ac fletum aticus fuerit in causa ut frequenter accidit stomachus purgetur tandem calidis electuariis interius vngentis calidis exterius confortet. Simili modo curet inordinatus appetitus

Capitulum XLV.

De singultu

Singultus est sonus violente commotionis stomachi ex spasmosa dispositione eius pueniens. Fit autem duplici de causa principaliter. scilicet ex nimia repletionem. vel ex inanitione. et quoniam ex frigore. His et de causis nervi stomachi dicitur quibus contractis fundus stomachi super eleuatur. Status autem regitua nititur ipsum ad naturale situm et positionem reducere. Cura

li ergo ascensu vel descensu ut dicitur quidam fit quidam sonus qui dicitur singultus. vel ut mihi videtur dicitur fundus stomachi eleuatur aeri in medio contentus vi expulsiōnis exiens dicitur alteri aeri obuias per angustum transit facit sonitum qui dicitur singultus. quoniam accidit ex repletionem fit cum vomitu humorum vel ciborum. Accidit eructationes diuersi saporis secundum humorum abundantiam diuersitate et plethorica est corporis habitudo. dieta enim precessit nimis larga. quando enim contingit ex inanitione cognoscitur per febre vel fluxum ventris vel sanguis et per alia que extenuant corpus. sed quoniam accidit ex frigiditate cognoscitur per frigiditatem aeris vel per dietam frigidam precedentem et humoribus. Contra singultum ex repletionem utendum est vomitu et alijs euacuationibus calefacientibus et desiccantibus. Singultum ex inanitione si fuerit sine febre utendum est restauratiuis et humectatiuis. si vero fuerit cum febre periculosius est. Contra singultum ex frigiditate actualiter calidis et potencialiter est utendum. Valet etiam sternutatio si puocetur. valet etiam timor si ex ipro uolū icu tias. vel si aliquod verendum valde subito obijciatur. nam calor reuocat ad interiora propter verendum aut timorem dissoluit fumum qui materia singultus est.

Capitulum XLVI.

De vomitu

Vomitus est ciborum et humorum a stomacho violenta reiectio et haec fieri istis modis. aut vi nature aut vi symptomatis. quandoque enim supabundant in stomacho humores calidi. quandoque frigidi. Unde quandoque ex caliditate ebullitionem faciente et humores dissoluentem fit eorum per vomitum expulsiō. sicut enim frigiditas intensa in ore stomachi vi compressionis repellit humores et cibaria inferius. et est causa solutionis per secessum sic caliditas dominans mouet eos aliquando sursum. et est causa euacuationis per vomitum. aliquando fit ex ciborum et potuum supabundantia. que cum natura non possit regere vel digerere ea repellit a se tanquam sibi superflua et nociua. Aliquando autem accidit ex qualitate cibi et

potus et eius acume. Unde mordicat
 nervos stomachi et puocat ad vomitum ali
 quod fit ex debilitate utique retentive et forti
 tudine expulsiue. Unde stomachus non
 valens assumpta retinere per incōtinētiā
 vomit ea. Aliquod etiā accidit ex fortitu
 dine et acumine medicinē. Aliquod etiam
 fit vomitus cum inferiora ventris fuerint
 fortiora et expellunt suas supfluitates ad
 superiora et natura non valens retinere ea
 imo abominās et abhorrens per vomitum ex
 pellit. Illa etiā fit aliquod per cōpressionē et
 eleuationē stomachi ex vicinitate et col
 ligantia aliorum membrorum quod casu aliquo
 patiuntur ut ex matrice. Unde frequens
 vomitus signū est impugnationis. ut di
 cit Gal. Vomitus itaque laudabilis est quod
 fit vi et operatione nature. vel quod fit sicut
 oportet et quod oportet adiutorio medicinē.
 quando fit in die cretico et eger ex vomit
 u releuatur. Vomitus enim laudabilis sto
 machum mūdificat ututi digestiue seruit
 et ministrat. totā naturā eronerat ab in
 firmitatibus infinitis. totum corpus hōis
 alleuiat. Si autem fuerit illaudabilis con
 traria operatur. omnem autem vomitum naturali
 ter pcedit motus et tremor labiorum cona
 tus et angustia spiritalium membrorum nausea
 et abominatio. oris apertio. lingue disten
 sio. et extēsiō venarum arteriarum et nervorum. la
 chrymatio in oculis emissio sudoris. im
 muratio gutturis. et amaricatō et infectō
 lingue palati atque oris. Vomitus igitur si
 fuerit necessarius puocetur si supfluus et
 nociuus restringatur. Circa vomitum autem
 ex frigida causa valent calida et confortatiua
 tam electuaria quam vngueta. valet etiam
 dyacytoniten calidum dyanisus. dyacimi
 num. et hmoi. Si calidas vero causam valent
 frigida et sicca restrictiua et confictiua
 ut zuchara rosacea dyarodō triasanda
 li et huiusmodi. et hec de vomitu dicta suf
 ficiant.

Capitu. XLVII.

De dolore ventris siue stomachi
 Dolore stomachi multis de causis
 habet fieri. scilicet ex calore dissoluen
 te. ex frigore coartate. ex ventositate ex
 tendente. ex apostemate cōprimente. ex

humore calido vel frigido. villos stomachi
 inuiscente. ubi calor est in causa. dolor
 est pūgitiu. eruc. uatio calida partū pal
 lida vrina grossa cibaria tene digerunt.
 subtilia adurunt. amaritudo oris. feces
 sus colericus. vrina crocea. Ubi vero frigi
 ditas cum humore est in causa est dolor g
 uatiuus. dura male digerunt. lenia et sub
 tilia melius solent adesse vomitus seu
 maticus crudus. ventris cōstipatio eru
 ctuatiōnes acetose. ventositas si est i cul
 pa cognoscitur ex rugitu et gurgulatione et
 eructuationibus insipidis et quorum emissi
 one patiens alleuiatur. Apostema si fit in
 stomacho cognoscitur ex febre et comitate
 ex pñctura et ardore et indigestione et ori
 ficij extēsiōne. Si igitur calor cum humo
 re sit in causa humor digeratur et cum medi
 cinis propriis purgetur. stomachus cum ele
 ctuariis frigidis confortetur cum vnguētis
 frigidis exterius fomentetur. si autem frigi
 ditas cum humore sit in causa modo con
 trario curetur. si autem ventositas sit in cau
 sa curetur cum illis que extenuant ventosi
 tatem. ut dyamaratru. dyaciminum. et
 huiusmodi. magna enim ventositas i cor
 pore et specialiter que est in ventre causat tor
 siones quando se inter humores inter
 ponit. ut dicit constan. et ideo oportet ut
 sibi succurratur cum medicina ventosita
 tis ventris dissolutiua. et ideo dicit con
 stan. ut ventosa sine scarificatione circū
 ter vmbilicum ut ventositas. extraha
 tur ab interioribus ad exteriora. quia si
 cut dicit idem. Plus ventositas ledit in
 multis causis quam humores. ut patet in idro
 picis. de quibus idem in eodem capit.
 dat exemplum. Quicumque igitur vult
 continuam custodire corporis sanitatem
 custodiat stomachum ne nimium sumat
 cibum. summa enim et perfecta medici
 na est abstinentia. ut dicit Constan. in
 iij. c. de fastidio

Capitu. XLVIII.

De fastidio
 Olet etiam ventri accidere do
 lor et tortura. ut idem dicit con
 sta. ex humoribus intestinis inuiscentis
 sicut dolor iliac colericus et psiles passiones

Liber Septimus

Accidit autem iste infirmitates quibus et interdusa ventositate viscerum obvoluto nes excedere quibus et humorum multitudine viscerum substantiam aggranate. aliquando et aliquo apostemate lesiones intestinum substantie inferere. aliquando ex lubricorum multitudine viscera interni corrode se. aliquando ex aliorum membrorum colligantia passiones intestinis inducere. aliquando et humorum acumine intestinum substantiam mordicante et vlcerante. Et iste passiones proprias habent causas et significaciones. ventositas ergo cruda et grossa ab humoribus resoluta quoniam cum feculo includitur. in intestinis multas generat torsiones. et si fuerit resoluta fumositas vel ventositas a materia sanguinea erit dolor infirmitas ut dicit comen. si fit ex colerica. erit purgativa. si ex fleumatica dicitur extensiva. si ex melancolica dicitur grauativa. si ex vitreo fleumate dicitur coagulativa. quoniam autem fit ex sola ventositate tunc est dolor ambulativus. Ita dicit de vltimo ad verbum comen. super Job. et his verbis videtur sepe magister et autores. Ista igitur passio curatur cum dyaforeticis medicinis. i. euaporatiuis extenuatiuis. ventositatis assumptionis. quoniam non replet intestina grossa et viscosa grauissimas inferunt passiones. Ligant enim intestina et coagulantur viscosa superfluitate. vnde natura non se potest a superfluo expedire. Non necessario sequitur interiorum torsio inferiorum compressio. ex repercussione fumositatum superiorum summa perturbatio. quoniam mors et subiecti destructio. ut patet in iliaca et colerica passione. In tali itaque casu solent primo apponi mollificatiua et materne indurate huncectatiua. deinde aliquantulum mortificatiua. tandem necessaria purgatiua. et sic exoneratis et purgatis interioribus tota natura ad consistentiam debitam reuocetur. Quando vero apostema occupat stomachum vel intestina ex materia et distensione apostematis sentitur dolor et grauedo in stomacho et etiam intestinis et secundum qualitatem materie et qualitatem apostematis intendit vel remittitur imper angustie et doloris. dolor autem semper tanto est grauior et piculiosior. quanto in subtilioribus et gracilioribus comprehenditur

ditur intestinis. quoniam minus patet locum euacuationis et euacuationis. Iste tamen interni et externi offert medicina mediocriter refrigeratiua ratio febris mitigatiua. et ratione doloris maturatiua et modificatiua. ratio apostematis consolidatiua et sanatiua. Ratio subsequens vlceris ne locus maneat vlcerosus. et ista omnia et multa alia patet in viatico. et in plac. sed ista hic ponere est superfluum. Non igitur lubrici sunt in causa maximam instat dolor. Sunt autem lubrici vermes quidam longi rotundi et acuti et viscosi et crudis humoribus intestinum interioribus generati quod cum fuerit in gracilibus et longioribus intestinis generati dicuntur lumbrici. quoniam longi ut dicit costan. Si vero in inferioribus et grossioribus sunt nutriti ascarides dicuntur et cucurbini. hi sunt diuersas materias ex quibus fiunt diuersas habent species et figuras. Nam ex salso fleumate fiunt vermiculi longi graciles et acuti. nam calor illius fleumatis quoniam habet motum a centro usque ad circumferentiam ante protrahit materiam vermis in longum siccitas vero cum habeat motum ad centrum et non possit materiam dilatari costringit et coarctat eadem in rotundum et ideo vermiculi sic generati longi sunt et rotundi. Ex fleumate vero dulci fiunt vermes longi et lati. longi quidem ratione caloris. quoniam calor plangat. lati vero quoniam humor se diuidit et dilatat. Ex fleumate vero acetoso quod frigidum est et siccum curti et rotundi. quoniam vitraque qualitas cum habeat motum ad centrum repugnat latitudini et longitudini. Ex fleumate vero naturali cum sit frigidum et humidum fiunt breues et lati. breues quidem ex frigiditate. lati vero ex humore et isti dicuntur ascharides vel cucurbini. quia semini cucurbite assimilantur. Ex vitreo fleumate. pre nimia frigiditate nihil uiuificatur. Hi vermes grauissimas inferunt corruptiones febris adest pruritus narium. stridor ventium. abominatio cibi. stupor et alienatio mentis. clamor in somno. tremor corporis. emissio lingue. et masticatio cum nihil habeant inter dentes. et ista omnia accidunt propter colligantiam intestinum ad instrumenta sensuum et ad maxillas

Oportet ergo ut dicit constan. ut citius
ejiciantur alioquin corpus ab eis con-
sumitur membra remolluntur nec expelluntur
nisi moriantur. dum enim sunt cum istis
inulscati te facili non exierunt. sed mortui ab-
horrente eos natura eicitur tamen aliqui exi-
unt sed quasi mortui et statim moriuntur. cum
rebus enim amaris occiduntur sicut ab
sintipio et hmoi que omnia in eodem ca. recu-
tat constan. Delent autem omnia talia amara da-
ri cum melle vel lacte vel cum aliquo dulci.
dulcia enim vermes diligunt que cum sibi in-
corporant recipiendo amaritudinem se occi-
dunt. ibi enim latitat hamus sub esca. quomodo
matur vel vesica patitur et intestina pro-
pter colligantiam patiuntur. nam collo vesice
opulato retenta urina vesica distenditur
qua distensa intestinum quod sibi adiacet con-
primitur et ad fecis expulsionem impedit et
inclusa ventositate colerica passio gene-
ratur. Sic passio generatur di. ista. in no ite-
stio quod vocatur colic. i. scilicet et est in texe-
ra preteritis inferioris circūcigēs sicut
zona usque in parte sinistra. Causa autem hu-
ius passionis est septiformis ut dicit idem
Prima est calor igneus et colericus febribus
intermixtus vesicis fecis humiditate
et induratis et exire non permittens. Secunda causa
est cibi siccis et stipticis grossicis egestio-
nem exire phibens. Tertia est rheumatis
viscositas vias egestionis concludens.
Quarta est grossa ventositas cum visco-
sis humoribus se immiscens et rescedens. Quinta
est causa apostolica cum intestino nascens substā-
tia feculentā exire libere phibens. Sexta
multitudo ascaridum et lubricorum mortuorum
et inulscatorum in hoc intestino exire non va-
lens. Septima est intestini insensibilitas
nocumētū fecis non sentiēs nec expellēs
Hec passio quacumque causa generata dura
infert corpori tormēta. In generalia et
propria habet accidētia. adest enim genera-
liter vomit. adominatio tortura et do-
lor intollerabilis ex parte illa ventris con-
stipatio et si est ex calida causa venter videtur
acubus pugni. nam et patiens cito moritur si non
habet remedium. si ex frigida est tunc numia
sentitur grauitas lentus tamen est dolor et
in vno loco. si vero est ex ventositate dolor est
extensivus et in multis locis cum gurgulatioe

et inflatione. si est ex apostemate sentitur
calor dolor adest febris cum siti et asperita-
te lingue. Si ex lubricis tortura sequitur
et dolor et abominatio. aliqui pro os eos eici-
unt fomūt breuius morbus est pestifer et mor-
talis cito interficiēs nisi efficaciter suc-
curratur. Primum igitur sunt cause morbi me-
tigande dissolueder testuēde per balneati-
ones calefactos dissolutiuas et liquefa-
ctiuas vinctōes ut est anacisōn. ytilion et
hmoi. Si vero per mitigatiua non cessauerit
dolor tunc ad fortiores procedendū ē me-
dicinas dissolutiuas purgatiuas sicut in
viatico ostinet. Huic passioni cognata est
yliaca ab ylion intestino dicta. Et est inte-
stinū gracile et longū inuolues circūcigēs
quod alia intestina et est carne discooptum
vnde valde est sensibile. Unde et hec passio vo-
catur vna de pacis fm. Hal. quod vno die
vel duobus interficitur et idem piculosior quod ipa
colerica. Simili tamen modo curatur ex consimili-
bus enim vere causis generatur. sed maxime
ex apostemate. ut dicit constan.

Capitulū quadrā

gesimū nonū. De dysenteria

Aliquando etiam patitur venter ex
ciborum et humorum lubricitate et
acumine ut in dysenteria lieta
ria et diarrha. et hec inter se differunt ut di-
cit constan. et plac. Dysenteria est fluxus ven-
tris cum excoziatione intestini et sanguino
lenta egestione et dicitur a rescidendo. quod in ea
inscidunt intestina et fit ex colera nasalivēl i
naturali intestina corrodēter excoziate
quod etiam fit ex rheumate salso et quodque
ex melacolia adusta. quodque ex vicio epatis
et dicitur epatica. quodque ex debilitate contenti-
ue virtutis sanguinem retinere non valentis
quodque ex nimia sanguinis abundantia ma-
xime in ventriculis. sanguis enim consuetus
transmittitur ad nutrimentum membri
quando abscessus est membrum cum non inue-
nit membrum quod nutriat superabundantiam
in epate generatur et per incontinentiam emit-
titur et dicitur proprie dysenteria. fit etiam
sepe vicio intestinoz et tunc sunt tres species
in prima resoluitur intestinoz vinctuositas et ap-
paret egestio sicut lotura carnis pinguis

Liber Septimus

in secunda villi stomachi abraduntur et
apparet quasi rasura pgamēi. in tertia p
frustula emittuntur intestina. et tunc appa
ret carnosae et nervosae et arteriosae resolu
tiones. prima igitur spes bñ curatur. secun
da vit. tertia nūq̄. similiter epaticae vic
curatur. Dissenterie igitur signa sūt san
uinolenta egestio tormōventris dolor pun
gitū qñq̄ igitur fit excoziatō intestino
rū supior. qñq̄ medior qñq̄ inferiorū
et fm hoc variatur dolor nūc in vētre su
p̄mo nūc circa umbilicū nūc in infimo
Scdm igitur causas diuersarū genera di
uerficari solet etia; medicina. primo
igitur solet mūdificari humor peccans
unde fluxus intercipi et b̄ tā sitopis q̄
electuariis tā emplastris. q̄ vngent̄
stipticis et cōstrictiuis. interior x̄o me
dicina iuuat efficaci qñ in superiorib; in
testinis ē materia exterior vero plus ad
iuuat inferiora. stiptica igitur et cōstru
ctiua velut eē tam medicina q̄ diēta.

Capitulum quin quagesimū De lientēria.

Lientēria est fluxus vētris cui
indigesti cibi et porus emissioe
qñ nulla fit imutatio circa cibū
sicut accipit ita emittit. Ad r̄ngit a
liquādo ex villos stomachi abrahone.
vñ stomach⁹ nō valet cibū retinere qñ
fit ex viscolā et fleumatica hūoritate
villis stomachi et intestinoꝝ adherēte ali
qñ ex apostemate. qz tūc ex cibis pl̄ gra
uatur stomach⁹. et iō sensū nature moue
tur stomach⁹ ad expellēda cibaria antes
q̄ digeratur. Curet b̄ infirmitas sic su
pradicta. Pyarrīa ē fluxus ventris. sim
plex cū cibi digesti emissioe absq̄ san
guinea egestioe. Fit aut̄ aliqñ ex ciboz
multitudine et eorum liquiditate et acu
mine Aliquādo ex colera peccate i quā
titate pot̄ q̄ in qualitate. quia si qua
litatiue peccaret pot̄ induceret dissen
terā q̄ diarria. quandoq̄ fit ex fluxu
humoris ad intestina a capite defluens
et ea vel mordicantis vel lubricantis et
tunc emittit patiens spumas et ampullas
iuxta illud ypo. quibus spumose egesti
ones i diarria apparet. his a capite fleu

ma. defluit hic flux⁹ curatur p̄ diēte te
nuitate cū multitudo ciboz est in cā. si
ex acumine ventur refrigeratia et hūecta
tiua. si ex fluxu humor a capite ventur
reumatil restrictiua. et hęc de passionib;
ventris iam dicta sufficiant.

Capitulum quin quagesimū primū. De ydropisi

Ydropisis ē error digestiue vir
tutis epatis tumorē membroꝝ
rū generās. vt dicit consta. Dū
enī virtus digestiua debilitat in epate
supfluitates multe generatur in corpe
que vigore virtutis expulsiue exterioris
transmisit membroꝝ inflatiōem genes
rū. Fit aut̄ trib; de causis generaliter ex
retentiōe supfluitatū preter naturā. ex
fluxu humiditatis p̄ter naturā. ex prin
cipali distemperatiā qualitatum ipius
epatis dū enī supfluitates preter natu
ram retinētur vt mēstrua emorroide et
hmōi ex earū retentiōe opprimuntur vir
tutes. supfluitates generatur ex quib;
membroꝝ inflatio seq̄tur. ex fluxu vero
hūiditatis p̄ter naturā dissoluūt spūs
debilitatur virtutes. supfluitates ex indi
gestiōe supueniētes inflatiōz mēbroꝝ
efficiūt. ex qualitatū distempātia errat
virt⁹ digestiua in epate q̄ duplici f̄m
q̄tuor q̄litatū cōiunctiōz. et sic sūt q̄tuor
spēs ydropisis f̄m excessus q̄tuor quali
tatū. prima est lētofleuma ex distēpātia
frigiditatis et hūiditatis. et dicit ab alto
fleumate. lētos aut̄ albū dicitur. Scda
est ypposarca vel a nasarca ex distempā
tia frigiditatis et siccitatis. Tertia spēs
est achites ex distēpātia caliditatis et
hūiditatis. Quarta spēs ē tympāites ex
distēpātia caliditatis et siccitatis. Fuit at̄
b̄ mō dū hūiditas et frigiditas in epate
dispanitur virt⁹ digestiua debilitat. q̄ de
bilitata supflua generatur. q̄ vt̄ expul
siua trāsmittit ad exteriora. vñ vehemēs
accidit inflatio. frigiditate et siccitate dis
tēpāta in epate sūt vt̄ digestiua distē
pā et debilitat et aliq̄ntulū expulsiua et iō
supflua nō emittit ad cut̄ exteriora. sed
sub carne retinētur. et iō hęc ipēs dicit
ypposarca. i. sub carne vt̄ iuxta carne em.

Ex distēpantiā aſit caloris ⁊ hūiditatis
 p̄ diſſolutiōez ſpirituū debilitat vtraq̄
 ſc̄z virtus digeſtiua ⁊ expulſiua. vñ ſuper
 flua per totū corp̄ nō expellunt. ſed iter
 vētr̄z ſiphac̄ tā tumō retinētur. ⁊ hęc ſpe
 cies ſz archites. qz venter eoz p̄cuſſus
 reſonat ſic vter. archis ei vter dicit. **A**
 liditate ⁊ ſiccitate diſtēpatis ſpirit̄ diſ
 ſoluitur ⁊ ſic debilitata vtraq̄ virtute
 ſup̄flua ex indigeſtiōe ſurgētia p̄ calidiū
 ⁊ ſiccū in groſſam ſumofitatē reſoluunt
 q̄ nō expelluntur p̄ totū corp̄ ſz circa ven
 trē retinētur. ⁊ hęc ſpēs tympanites ſz.
 qz ad modū tympani ſonat venf. **I**n pri
 ma igit̄ ſpēs inflatio eſt p̄ totū corp̄ ſup
 ficies alba ⁊ mollis digit̄ carni imp̄
 ſus ſignū foramiſ ſacit ⁊ paulatī in ſe po
 ſtea redit. vrina ē diſcolorata alba ⁊ ſpiſ
 ſa. **I**n ſc̄da ſpēs nō eſt tāta inflatio ſed fe
 tet eoz caro. vrina eſt diſcolorata ⁊ tenu
 is. **I**n tertia ſpēs eſt vētr̄ inflat̄ ⁊ ſonat
 p̄cuſſus ſicut vter. vrina tutea et ſpiſſa.
In q̄tra ſpēs extēdit venter ⁊ ſonat ſicut
 tympanū. vrina eſt colorata ⁊ tenuis. col
 lum ⁊ extrema efficiuntur gracilia. et na
 res acute. oculi cōcaur̄ rotūdi. duo pri
 me ſpēs poſſunt curari añ cōfirmatiōez
 due ſecūde ante cōfirmatiōez vix curant̄
 poſtea vñ nōq̄. ydropicus q̄ eſt corpore
 tumid̄ mollis grauis ⁊ pōderoſus ⁊ ſiti
 būdus q̄ quāto pl̄ bibit tanto plus ſitit
 ⁊ q̄ quāto pl̄ bibit tāto plus paulatī. ve
 ficit ⁊ amplius inturgelcit. **T**alibz q̄dez
 diuerſimode patiētibz diuerſimoda ex
 hibetur medicina. eis tñ valēt vētoſita
 tis extenuatiua. hūiorū intercutanei cō
 ſuptiua ⁊ virtus digeſtiua in epate cō
 fortatiua d̄ q̄to omnibz ſe expedit in viati
 co conſtanē.

Capitulum quin quageſimū ſc̄m de ictericia.

Ictericia hinc aurigo eſt cutis ve
 fedatio atq̄ ipſius ſequalitate
 et ſz in plar q̄ tres ſunt ſpecies
 ictericie crocea ex colera naturali viridis
 et nigra. prima vocatur aurigo. quia ci
 trinus efficit hominē ad modū auri. alia
 vocatur peganitis. i. viridis ex colera em̄
 praxiua viridicatur. tertia melanchitō

id eſt nigra. quia ex colera nigra gignit̄
 tur et aduſta. **F**it autē ex feruore et ebulli
 tione ſanguinis in colera trāſeſtis ex
 calore ſup̄ abundāte ⁊ ſanguinē inficiēs
 te. vnde defertur cū ſanguine ad cutis
 ſuperficiē ⁊ ipſam inuicit ⁊ imutat. alio
 quando fit ex opilationē ſupioris vel in
 ferioris pori cū ſellis. **A**nde colera re
 dundat ad ep̄ et ſanguinē inficit. alio
 quando fit ex apoſtemate vel febre cōti
 nua ſanguinē immutāte ⁊ adurēte. alio
 quando ex corruptiōe aeris vel cibi vel
 potus corrupti. vel ex morſu ⁊ punctura
 reptilis venenofi. his modis ſanguis in
 ficitur ⁊ ad nutrimentū membzoz trans
 miſſus ea ſm ſuū infectiōez inficit ⁊ cor
 rūpit. **I**ctericia ergo maxime calidā hęc
 cōcomitantur totius corporis infectio.
 tētere parris calefactō. ſitis. oris ama
 ritudo. dolor frontis. tinnit̄ aurū. vrid
 na colorata cuius ſpuma eſt crocea vrid
 dis vel nigra. omnia q̄ de corpore emittunt̄
 p̄dicto colore inficiunt̄ ex opilatione ſu
 periori cauſata immutat omnia inferiora
 ita vt omnia ſint ſicut valde tincta.
Acōuerſo aſit eſt ſi ex inferiori. omnia ſu
 periora ſunt magis ticta ⁊ inferiora mi
 nus. **S**i aſit fuerit ex febre ⁊ ex vi natu
 re poſt .vij. diem in aliquo die cretico
 cū dim̄inutiōe febris ⁊ alleviatiōe pati
 entis ⁊ ſintomat̄is remiſſione tonum
 p̄cedit. talis coloratio ſignat materiā
 febris tunc purgari. **S**i autē fuerit vi
 ſintomat̄is ſicut ſolet accidere ante .vij.
 diem piculū p̄tendit. ſignat enī mate
 riam petere ſupiora vel p̄pter ſuū multitu
 dinē vel p̄pter ſuū ſumofitatē et acumen
 ſicut expreſſie dicit **S**al. ſuper am̄pho.
Solet itaq̄ talis paſſio curari per ſan
 guis minutiōem. p̄ inſtigidantū ⁊ alte
 rantū appoſitione maxime ſup̄ regio
 nem ep̄atis quibz potiffime inſicit ipſe
 ſanguis ſicut in ſuo fonte. dantur itaq̄
 interiori ⁊ i. dieta ⁊ in medicina ea que
 reprimūt calorem mundificant ſanguī
 nem et alterant malū ipſam ſanguinis
 diſpoſitionem. **E**t ſi fuerit ex opilatio
 ne dantur ea que ſunt diuretiche virtut
 us ⁊ aperitiue nō tamē nimis calide vt
 patet in viati. conſtan.

Liber Septimus

Capitulum. LIII.

De emorroide
Emorroide sunt quinque bene exi-
scentes in ano ex quibus diuerse
passiones fiunt. scilicet inflatio. retentio. fluxus
quosque autem supfluitates vi nature trans-
mittuntur ad partes ruptis venis illis emit-
tuntur et corpus a diuersis egritudinibus
liberatur. sed si fuerit fluxus imoderatus va-
rie efficiuntur passiones. quoniam propter con-
suetudinem retinent maxime egritudines
consequuntur ut ydropis. prisis. mania. et
melancholia etc. Inflant autem hoc modo super-
fluitates spisse et feculente ad venarum ora
descendentes ea inspissant et ingrossant. unde
fit inflatio. aliquando orificia venarum ex inten-
sa siccitate contrahunt et inspissant. quoniam pro-
nimio fluxu vruntur a chirurgicis et cicatriza-
ntur et tunc aut vitur aut nunquam apiuntur.
aliquando ex sanguinis spissitudine venarum ca-
pita opilantur. aliquando ex nimio sanguinis
acumine et liquiditate plus debito apiuntur.
Retentione nimia hec consequuntur gra-
uedo capitis. pallorem faciei. luiditas. pro-
terositatis renum et corarum dispositio ad
ydropisim. et ad primum numerum fluxum sequit-
ur debilitas et extenuatio corporis. mutatio
coloris. dolor et torsio inferioris partis cor-
poris et si fuerit primum nimis imoderata
tus pessimas inde generat passiones. Si
vero nimis fluat orificia venarum restringuntur
restrictiuis medicinis. paulatim tamen
maxime si fuerit morbo inueterato ne san-
guis subito repulsus ad aliquid membrum re-
fundatur et prior morbo generetur. An ypo-
emorrhoidas sanant antiquas si non vna
relicta fuerit piculum erit. si vero nimis
clauduntur apertis et rarefactis apiantur.

Capitulum. LIIII.

De dolore renum

Dolor renum a grecis nefrene-
sis dicitur qui dolor affinitatem habet cum
colica passione. Differunt tamen quia do-
lor colicorum mutabilis est et instabilis
quotidie enim mutatur de vno latere ad
aliud latus nefreticorum dolor stabilis est
patitur autem lumbi siue renes aliquando
de ex tumore. aliquando ex humorum re-

pletione. aliquando ex ventositate. aliquando
ex lapide omnia ista grauissima inferunt
dolorem. maxime si fuerit calor in causa
cuius signum est vrina incensa et dolor acu-
tus et pungitius. si vero frigiditas fuerit
in causa cruda erit vrina et lentus dolor
lapis et arenule et alie supfluitates diuer-
se in renibus generantur sepe et hoc precipue
ex potu aque limose et grossa dieta.
Ex his enim fiunt opilationes in reni-
bus vel vesica. et quandoque in essentiam la-
pidis vel arenularum per intensi caloris
actionem transmutantur. habentes lapi-
des concomitantur multa incommoda. scilicet dif-
ficultas vrinandi. colica. et huiusmodi enim
opilatione lapidis opilantur vi vrina-
les. aliquando in parte et fit stranguria
quando quis cum difficultate et guttatum
mingit. aliquando ex toto tunc omnino
denegatur et dysuria dicitur. ex humoribus
enim viscosis in renibus et in vesica
coagulatis fit calculus. iuuenibus precipue
fit in renibus. in pueris autem in ve-
sica quia collum visce in eis est strictus pro-
hibens vrinam exire unde lapis genera-
tur. ut dicit constantinus. In pueris etiam vrina
est magis grossa et viscosa dieta. res
autem viscosa magis est habilis ad co-
agulationem et conglutinationem. et ideo sepe
in paruulis generatur. Cognoscitur autem
quando lapis est in renibus vel materia
lapidis per dormitationem pedis et core
tertre partis si in dextro rene sit causa. si
in sinistro si in sinistro. si vero fuerit in
vesica dolor aut pectine et periconon circa
ca sentitur. Preterea arenule venientes
a renibus sunt rubee. a vesica vero albe.
Lapis autem generatus ab humoribus
viscosis dissoluitur facilius et educitur.
Ex arenulis vero difficilius soluitur et cu-
ratur. In mulieribus autem rarius gene-
ratur lapis quam in masculis propter me-
tus largiores et propter debilitatem ca-
loris desiccantis humores et putrifican-
tis et propter purgationes frequentiores.
res. multa enim supflua ab eis per men-
strua educuntur. Sic infirmi sunt pur-
gandi in calidis et aptiuis sepius balne-
andi. cibariis digestibilibus reficiendi
et potibus et medicinis diureticis aptis

uis et modificationis resouendi et assuefa-
 cendi et aliquando arti cyrurgice dimit-
 tendi maxime pueri, sed adolentes
 in senectute vero incisio periculosa est.
 quia ultra .xl. annus hec passio non cura-
 tur. ut dicitur in amphoz. quicunq; nefre-
 tici ultra .xl. annum non sanatur. etiam
 accidit inuoluntaria yrine emissio que
 dyampnes vel dyabetica passio vocatur
 et hec accidit sine constan. propter defectu co-
 tentiue virtutis. multa enim et fortis attra-
 ctio humoris ad renes et multa fit emis-
 sio superfluitatis ad vesicam quam ferre non
 sustinens a se rejicit per yrinam. aliquando
 etiam accidit ex mollitione neruorum et
 relaxatione lacertorum in collo vesice. quoniam
 accidit propter grauitatem somni et
 multitudinem humoris. ut patet in pue-
 ris ignorantibus et lectulo yrinantibus et
 bibulis ebriosis. proprie enim proprium
 est sustentibus hanc passionem quod semp-
 situnt et vix etiam aqua satari possunt. ut
 dicit constan. unde sicut eam bibunt sic
 eam flatibus mingunt. aliquando fit ex hu-
 more subito meatus yriales constan-
 gente et contenta ibi humiditatem vi op-
 pressione educendo istam turpem infir-
 mitatem patientibus necessaria sunt repositi-
 ua caloris et stiptica confortatiua caloris
 renum extinctiua et neruorum emollitorum
 ad status debitum reuocatiua. hec fit per
 potiones et electuaria per cathaplasma-
 tiones et unguenta. cauere tamen debet
 prudens medicus ne apponat in hoc ca-
 su nimis humida quia plus remolliendo
 lederent. nec etiam nimis sicca quia ca-
 lorem auerent. sed modo ista modo il-
 la ut ex frigidis locus patiens humecte-
 tur et infrigidetur. ex siccis vero coartetur
 humiditas et membrum patiens conforte-
 tur. super omnia dieta sit temperata. quia cali-
 da nimis nocet renibus et lumbis. nimis
 etiam frigida digestiuam virtutem retrahit
 dant in substantia et concavitate epatis et
 consilium est dare in talibus temperata et composita.
 quia talis solet esse materia atque causa

Capitulum LV.

Hernia
 Hernia dicitur pellicula ventris

scilicet siphat. crepatura. siphat enim quedam
 pellicula est que membrorum nutritiuorum
 a generatiuis est diuisiua sicut dyastri-
 gma dicitur pellicula que inter spiritalia
 ha membra et nutritabilia est interposita.
 Quando igitur contingit siphat vel per
 continuationem vel per distentionem rumpi.
 vel etiam per calorem dissoluentem vel hu-
 miditatem relaxantem remolli etiam contin-
 git intestina inferius labi et in osium te-
 sticulorum scilicet folliculorum non sine dolore re-
 colligi et distendi. Sit autem ista diuisio vel
 relaxatio aliquando a causa extrinseca
 scilicet a nimia corporis exercitatione ut illu-
 cra et palestra. Aliquando ex concussionem
 vel ex casu et humore. Aliquando ex nimia
 membrorum superiorum distensione et conatu si-
 cut ex nimio cantu clamore et humore. ali-
 quando ex causa intrinseca sicut ex nimia
 caloris intensione et humorum calidorum acu-
 mine ipsam pelliculam diuidente et incidente.
 quicunq; ex nimia humiditate neruorum et
 lacertos relaxate. quocumque autem modo ac-
 cidat in principio facilius curari potest et
 prope in iuvene. si vero magna fuerit et
 inueterata et cum ruptura nerui vix vel
 nunquam consolidatur et difficile curatur. ut di-
 cit constan. Solet autem curari hernia per die-
 tam et medicinam et aliquando per incisiones
 et cyrurgiam. talibus igitur dicunt auctores
 valere stiptica et consolidatiua et in cibo et
 in medicina sicut electuaria intus sum-
 pta et etiam fomentationes et balnea ex-
 terius addita piperis et unguenta. Super om-
 nia dicitur valere tenuitas dietae et con-
 tinentia maxime a coitu et etiam omni
 motu. super omnia etiam a ventosis et in-
 flatibus talibus est cauendum. quia di-
 cit commentator ventositas maxime nocet
 herniosis

Capitulum LVI.

Hereticus
 Hereticus est dolor et passio cum
 inflatione et dolore que cum sit in
 articulis manuum cyragra dicitur in arti-
 culis vero pedum podagra. in scia dicitur
 sciatica. Habet autem fieri ex sanguine
 colerico et humore rheumatico. frequen-
 us vero fit ex causa reumatica. sanguis

Liber Septimus

cognoscitur esse in causa ex rubore loci et calore ex eminentia venarum partis patientis et totius corporis, ex dieta calida prece-
tente et humida ex etate et regione simili ex eo quod maxime mouetur in vere, coleticus humor cognoscitur esse in causa ex dolore vehementissimo et nervorum tensione et ariditate ac calore et partis inflatione ex colore rubeo cum croceo intermixto et maxime mouetur in estate et magis ex dieta calida et sicca et in regione consimili. Sepe etiam emittitur multe colerice suppuritates per vomitum et secessum, calida obsunt frigida plerumque sunt etiam cognoscitur esse in causa ex rheumatica habitudine, regione dieta etate consimili ex inflatione loci ex dolore vehementi, rubore modico vel nullo, et rheumatica causa cognoscitur ex grauedine capitis et humorum motu, titillatio et fluxus per nucham spatulam sentitur, pessima est hec infirmitas, quod articulos et nervos digitorum manuum et pedum contrahit substantialiter humores in manibus detrahit et consumit et aridas eas faciens claudas reddit imponentes ad operandum eas efficere consuevit nodosis gibbosisque tibus digitorum iuncturas deformes facit. Hec infirmitas cito curetur, quod si fuerit inueterata vix curatur maxime quando in duram conuertitur duriciam et nodosam. Materiam itaque peccatam debet primo purgari congrua medicina, subtrahi de sanguine et minui si sanguis est in causa, calor etiam debet repurgari frigidis, quibus est causa humor frigidus et tunc debet fomentari calidis emplastris et ynguentis, a cibis grossis abstinendum est et precipue ab inflatius, nam venositas sepe aggrauat morbum istum.

Capitulum LVII.

De gutta sciatica
Gutta sciatica dicitur dolor qui nascitur ex humoribus descendenti-
bus in nervum grossius qui est inter lacer-
tos grossos coxe siue haucis, ut dicit con-
stan. Sepe autem fit ex viscosis humoribus in concavitate haucis se coadunantibus quandoque ex humoribus sanguinolentis cum colera rubra intermixtis, et hec com-

nia causa sunt sepius doloris qui dolor desce-
dit in crura usque ad calcaneum et etiam usque
ad paruum digitum pedis cuius ratio est ut di-
constan, quod a scia per medium coxe et tybie
dirigitur nervus ad cavillam pedis exte-
riorem, et deinde usque ad paruum pedis di-
gitum, et ista est causa quare in passionibus
bus scie dolor extenditur usque ad illum di-
gitum, inde est quod qui habent calculum in renibus
sentunt eodem loco pedis formicationem
et tormitationem propter nervi operationem.
Unde non potest spiritus debito modo currere
ad illum locum. Dolor autem quicunque est in
vna parte quicunque in vtraque sed peior est in si-
nistra quam in dextera, cuius ratio est quod
in dextera parte maior est calor, qui mate-
riam ibi collectam facilius digerit et dis-
solvit quam in sinistra ubi est minor calor et
materia est magis compacta. In hac passio-
ne minor est dolor pulsatio punctura et ar-
tor maxime in iuuenibus calidius complexio-
nis, maxime quoniam calor est in causa et valet in
illo casu minutio sanguinis in sopleña
vena scilicet que est sub cavilla, patiens ita-
que est purgandus et sanandus sicut in arthe-
tica. Cavere autem debet omnis sciaticus
sicut et arthriticus a nimia plenitudine ci-
bi et potus et precipue a coitu quia maxime
acuit reuma et impedit digestionem pro-
pter spirituum et puri sanguinis repeditio-
nem ut dicit constan. Purgetur itaque pri-
mo corpus interius et tunc localia ponan-
tur exterius, aliter enim parum prodest me-
dicina exterius nisi materia que morbi
est causa prius intrinsecus minuat, ut di-
constan, dyascozides quoque dicit multum
prodest sciaticis si fomentatus fuerit lo-
cus doloris cum calido fimo bovis, potest
enim desiccari maxime si cum galbano et tu-
te et aceto fuerit resolutus

Capitulum LVIII.

De podagra
Podagra secundum constan, est dolor pe-
dum et maxime calcanei atque plante
cum distensione nervi atque pulsatione. Nasci-
tur autem ex malis humoribus ad calcaneum
descendentibus qui si fuerint frigidi et grossi
numa fit extensio atque tumor, sed non multum
pugnat dolor, nec potest tamen magnus fieri

tumor. qz pedes spoliati sunt et tendunt
a carne et ideo non possunt multum tumesce
re. tumor ei nascitur in carnosissimis membris.
hec passio nascitur in suauitate ducendo
et quietam quam par se exerant. quam a superfluis
humoribus corpora non emundant maxime cum
multum comedant atque bibant. ex talibus enim
generantur superflui humores qui reumatizant
ad pedes et maxime quando sunt debiles super
flua materia expellere non valentes et ma
xime hoc accidit ex nimio coitu. tota enim
coactionem corporis coitus ipse mo
uet humores et laxat nervos et rumpit. **U**n
accidit et eunuchi non podagrizant. qz non
coeunt. sicut nec pueri nec mulieres nisi
raro et hoc quia menstruis expurgantur. **U**n
ypo. mulieres non podagrizant nisi forte
menstrua defecerit. **H**ec infirmitas adue
niens iuuenibus in vere in .xl. diebus curat. si
si in autumno aduenit et durauerit usque
ad hyemem difficile erit eam curare ut dicitur
in amphorum. cuius rationem reddit comen
tator secundum iudicium astrologie sic. prima in
quit etas lune calida est et humida. secunda
est calida et sicca. tertia frigida et sicca. que
ta frigida et humida. **I**n prima itaque eta
te per caliditatem dissoluitur materia per hu
miditatem diffunditur. **I**n secunda etate et quarta
preseruat ipsa materia. **I**n prima autem eta
te lunationis sequentis perfecte digerit. **U**n
in secunda etate lunationis calide et sicce ex
toto materia consumitur infra .vi. septima
nas que sunt. .xl. dies plena fit curatio ma
xime in estate. in autumno ei et in hyeme
materia est nimis compacta et inobediens
digestioni. **M**ateria igitur huius passio
nis primo purgetur. deinde frigidis exteri
us in principio repercutiat. non enim sunt ca
lida et dissolutiva. apponenda in principio
cum sit causa reumatica et si materia sit frigi
da ne reuma plus irriter. et ideo vterque
est in principio repercutiendus fortioribus
in causa calida et remissioribus in frigida
ne forte materia indurecat. deinde ap
ponetur suffumigatioes sometera et vinctio
nes calide vel frigide. post materia tunc
requirit. leuius dieta et spatia patiens vta
tur. a coitu super omnia caueatur. leue et
mediocriter exercitium inungatur.

Capitulum LIX.

De apostemate

Apostema est superfluum humorum
in membro aliquo collectio putre
factione faciens et tumorem. ut dicitur. costan.
Contingit autem membrum apostemari aliquando ex
causa exteriori. ut dicitur. costan. sicut ex percussio
ne. vulnere. casu. fractura et cocussione.
ab omnibus enim talibus mouentur humores
et ad locum sepe confluunt patientem quem mutuo
se calcantes calefiunt et putrescunt. **A**liquando
autem ab interiori. scilicet ex abundantia humorum
corruptorum que sepe confluunt ad locum aliquem
et concurrunt et hoc dupliciter fit. quia aliquando
ex adunatione materie in proprio membro.
aliquando ex fluxu materie de vno membro ad
aliud. et talis fluxus plures sunt cause sicut
dicitur. costan. prima est fortitudo membri expel
lentis. quia quedam membra principalia et no
bilia exponerant se a superfluis sicut cerebrum
ab humore rheumatico se exponerant atque
fumo. **S**ecunda causa est debilitas membri rea
pietis. membra enim debilia recipiunt super
fluitates a superioribus fortioribus descendentes
sicut cutis caro etc. **T**ertia causa est multi
tudo humorum que cum sint superflui in maiori
bus venis refunduntur ad minores membrorum
similium eentiam subintrantes et quod super
fluit ad nutrimentum fluit ad membrum et clar
ditur principalis via et facit apostema. **Q**uia est
largitas meatuum per quos facile fluit hu
mores de membro ad membrum. **Q**uarta causa est
liquitas humorum et subtilitas que de facili mo
tu facili diffunditur et diffusum in aliquo me
bro recolliguntur et ibi artitudine membri co
artati calcantur et ad putredinem disponuntur.
Sexta causa est suppositio membrorum. naturaliter
inferiora membra recipiunt superfluitates
superiorum membrorum sicut membra capitis repo
nunt suas superfluitates quandoque ad lacertos
et venas gutturis et fit squinaria. quandoque ad
membra pectoris et fit pleuronia et pleu
resis et sic de alijs. **F**it autem apostema si modo
dum humores quantitate peccantes et a ca
lore consumi vel a virtute expelli non valen
tes recepti in cavitatibus membrorum ebulli
unt et putrescunt et sicut pasta in furno po
sita ab igne desiccatur in superficie crustu
lam quadam recipit sub qua manet humor

Liber Septimus

ita collectus p calore ebullitionis quā
dam crustulā facit sub q̄ latet hūoz pu/
trid^o atq; tumet 7 talis tumor dicitur apolte/
ma et aliqñ fit de venositate et dicitur bulo.
aliqñ ex hūoze simplici sic ex sanguie fit
fleumon. cui^o signa sūt rubor ex calore sã
guinis duricies ppter multitudinē 7 cal/
lore aquosiora psumētē. pullus. i. salt^o
ppter ventositatē siue fumositatē impel/
lentē doloꝝ ppter extensionē caloz ppter ca/
lidā nativā tumor ppter materię multi/
tudinē. **Et etiā sic apostema ex simplici**
co. rub. dicitur herispila. i. sacer ignis p an/
titrasim. **Fit 7 aliud ex colera pura 7 cor**
rodit membr̄ cui insidet 7 dicitur a medicis
herpes et tiomen^o quasi seipm corrodens
Fit cōsimili mō apostema de fleumate et
dicitur zymia siue palus. qz sicut in palude ē
multū supfluitatis et limositatis ita in
hoc apostemate cui si impiseris digitum
cedit imp̄ssioni. qz p fluxibilitatē digi
to imp̄menti cedit et in medio foramen
apparet quasi signū foramis sed postea
remoto digito dñ materia redit ad me
dium totū illud iter adimplet. **Esti^o apo**
stematis sunt signa albedo. qz materia
est alba 7 mollities. qz materia liquidat
doloꝝ lentus qz materia frigiditate sua
minuit sensibilitatē. **Contraria sunt si**
gna in apostemate de colera rubra. qz cal
lor est multus cū materia valde calida.
rubra cū citrinitate. qz colera non est ru
bra sed crocea. magnitudo adest doloꝝis
7 pūcture qz materia est acuta. ex melā
colia fit apostema et si materia tota fue
rit extra fit sclerosis si p̄tm intra vel par
tem extra fit apostema. qd dicitur cancer ad
similitudinē; cancri. sicut enī in cancro
tor sum eminet 7 brachia sunt extensa in
lateribz. ita in hoc apostemate quidā est
tumor vice torli. ramusculi dicitur pumorū
sunt hinc inde expansi vice brachiorum
paulatim etiam serpit corrodendo car
nem 7 nervos sensibiliter ad modū can
cri. **Unde signa illius sunt ingens duri**
cia. qz cū materia sit terrestris 7 melāco
lica multū est cōpacta. color est liuidus
qz materia nō est ex toto nigra. doloꝝ est
pauc^o aut nullus ppter ei^o insensibilitatē
qz materia duas hz mortificatiuas q̄li

tates. s. frigiditatē 7 siccitatem. corrodit
aut semp carnē sanā et corripit vsq; ad
radices nervoz et etiā inficit ipsa ossa q̄
attingit 7 ideo morbo iste pestifer ē 7 du/
rissim^o ad curandū. **Inter ista aut corroz**
siua apostemata talis ē ordo. qz noli me
tangere cancrosum est apostema in facie
et corrodit paulatim sed min^o alijs. **Cā**
cer dicitur magis. adhuc magis lupus. ma
gime dicitur herispila. fistula dicitur non corro
dit sed putrefacit interi^o. carnē. s. et ner
uos p̄trahit ad sanie 7 qñq; corripen
to nervos dissolvit ossa. **Accidit aut fre**
quēter ex vulnere male custodito quan
to suppositū os sanie inficitur. **Unde nu**
trimentū adueniēs in sanie cōmutatur
sicq; rumpit superficies 7 fluit. aliqñ aut
p̄solidat aliqñ iter rumpitur 7 si fuerit
multū inueterata vix curat. **In circui**
tu aut vulneris sepi^o multa orificia in
veniuntur 7 oriunt. **Patet ei fistula inte**
rius vulnus p̄fundū. in superficie dicitur an
gustū atq; artū. **Cancer dicitur econuerso**
exteri^o multū p̄ interi^o angustat. 7 ideo
difficili^o est ad curandū. Aliqñ nascit fi
stula ex reumate siue vulnere p̄cedente
aliqñ ex apostemate male curato 7 ma
gime qñ numū humectat 7 fiunt diuersa
foramina aquā diuersi coloris emitten
tia mō albā mō citrinā. et si foramina ī
vno loco claudunt in alio nascūt. **Sūt**
7 alia apostemata q̄ ex opposita materia
generāt vt p̄ in antrace quē p̄st. vocat
carbanculū. qz vrit vt carbo. **Fit aut de**
materia valde furiosa 7 venenosa 7 dicitur ma
teria cōposita qd patet p̄ lineas diuerso
rum color. **Habet enī virgulatā formā**
et sūt ibi quedā rubre linee sanguinee
et quedā crocee 7 colerice. quedā lubal
bide 7 fleumatice. quedā liuide 7 melā
colice. quedā flauē a salio fleumate 7 sic
de alijs humoribz innaturalibz. **Signa**
autem antracis sunt doloꝝ intolerabi
lis arsura et punctio in profundo in ca
pite apostematis pustula quedā oritur
siue vesica p̄tendens calorem attestantē
humori dominantī. **In coloratione aut**
virgulata forma diuersis coloribz lineis
distributa. videtur etiā quasi trahi ad fū
dum cum quodam filo adherente super

ficiet vesice in medio. Ad curationē ita
 q̄ apostematū solent apponi in princi
 pio repercussiva nisi materia fuerit fu
 riosa et venenosa vt in herisipila ⁊ antra
 ce. nam in talibz nō sunt apponenda rep
 cussiva. sed potius mitigatiua ne mate
 ria venenosa repercussat ad interiora mē
 bra ⁊ maius inferat nocumentum. vein
 te quādo apostema est in statu solēt ap
 poni solutiua remolliuiua ⁊ maturatiua
 apto v̄o apostemate siue rupto ⁊ educta
 sanie insitendū est mūdificatiuis tan
 dem solidatiuis et bone carnis regene
 ratiuis. Et d alia apostemata quozuz sin
 thomata sunt peiora ad fortiores medici
 nas pcedendū est sicut ⁊ cancrū et fistu
 lam ⁊ h̄mōi ubi s̄m materiā peccantē pa
 tiens primo interi⁹ est purgand⁹ ⁊ deinde
 localibz remedijs insitendū. ⁊ tra cancz
 x̄o v̄tūis ⁊ carnis mortue corrosiuis
 est vtendū. contra fistulā desiccatiuis et
 cōsumptiuis ac sanie mūdificatiuis q̄
 si nō p̄sunt cyrurgie cōmittant. tuti⁹ enī
 est vt aliqua p̄ricula corp̄is sani corru
 pta v̄rat vel p̄cidat q̄ reliqua ps in po
 sterū corrip̄at. Contra apostemata v̄o
 venenosa sicut ⁊ antracē cito ⁊ caute ē re
 mediū apponendū quia cito interficiat
